

DIE XXV. AUGUSTI.

S. LUDOVICI REGIS ET CONFESSORIS.

DUPLEX.

DEUS, qui beátum Ludovícum, Confessórem tuum, de terréno regno ad cælestis regni glóriam transtulísti & ejus, quæsumus, méritis et intercessióne, Regis regum Jesu Christi Filii tui fárias nos esse consórtes : Qui tecum vivit.

Oratio.

DIE XXVI. AUGUSTI.

S. PHILIPPI BENITII CONFESSORIS.

DUPLEX.

Oratio.

DEUS, qui per beátum Philíppum, Confessórem tuum, exímium nobis humilitatis exémplum tribuísti : da fámulis tuis próspera mundi ex ejus imitatióne despícere & et cælestia semper inquirere : Per.

DIE XXVII. AUGUSTI.

S. JOSEPHI CALASANCTII CONFESSORIS.

DUPLEX.

Oratio.

DEUS, qui per sanctum Joséphum Confessórem tuum, ad erudiéndam spíritu intelligéntiæ ac pietatis juventutem, novum Ecclésiæ tuæ subsídium providére dignátus es : præsta, quæsumus, nos ejus exémplo et intercessióne ita fáceret et doceret & ut præmia consequámur ætérrna : Per.

In j. Vesperis Memoria S. Rufi Episcopi et Martyris.

Oratio.

ADESTO Dómine supplicatióibus nostris : ut, qui ex iniquitaté nostra reos nos esse cognoscimus & beáti Rufi Mártyris tui atque Pontíficis intercessióne liberemur : Per.

